

62
 præberet habitaculum In simbolo etiam apostolorum de cre-
 atorem celi et terre In hoc etiam conueniunt nobiscum no-
 biles philosophi Plato loquens de deo genitorem inquit vniuersitatis
 tam inuenire difficile est quam inuentum digne profari. **Boetius**
 in li. consolationum **Q**ui perpetuum mundum ratione gubernas
 terrarum celiq; sator. **Seneca**. vir bonus quicquid ei accidit
 equo animo sustinebit sciret enim et hoc accidisse lege diuina
 ex qua vniuersa procedunt. Nunc ponende sunt rationes ad
 destructionem dicti erroris. **D**icunt manichei lucem et tene-
 bras non posse esse ab eodem principio sed eadem ratione
 vox et silentium erunt a contrariis principiis. Sic enim se ha-
 bet silentium ad vocem: vt tenebra ad lucem. vñ **aug?** irri-
 dendo manicheos ait. si est gens tenebrarum pugnans con-
 tra dei lucem quare non est gens silentiorum pugnans contra vocem?
Item si lux a bono deo visus qui melior est luce cum lux propter
 visum fit et sine visu fit inutilis erit a deo quos dubitat eum cui
 ferunt lumen candele prevalere lumini illi et si visus et lux que
 maxime est visibilis sunt a deo eadem ratio et auditus et odo-
 rabilis: ergo omnia corpora corruptibilia sunt a deo. **I**tem
 cum viuere sit melius quam fulgere: si nihil potest fulgere sine
 deo multominus nec viuere vt ait **aug?** ergo omnia vitam
 habentia sunt a deo. **I**tem **Augustinus** in libro de duabus
 animabus sensibus omnibus intelligentia prestat et excels-
 sit ergo intelligentibus sensibilia inferiora demerita sunt. ergo
 est autem omnis vita et omnis anima solo intellectui percipi queat
 sol autem et luna et omnis lux mortalibus oculis cernitur
 quamlibet animarum de autore priuare. et quod lux bono deo tribu-
 ta dicatur. **I**tem aut ista corruptibilia sunt pure mala aut
 mixta ex bono et malo. **S**i mixta ex bono et malo sunt quam-
 tum ad bonum a bono principio: quantum ad malum a malo. ergo
 aliquid corruptibile est a bono principio. **P**rosecundum hoc est aliquid so-
 cietas lucis ad tenebras: et aliquid conuentio christi ad bestialitatem
 contrarium ostenditur. **11. Cor. vi.** Si res sunt pura mala
 contra bonum tripliciter dicatur. honestum delectabile